

Bigi.
Comitis.
Darcii.
Fidentii.
Iouii.
Minturnii.
Pancratii.
Carmina

7.

21552

ii.
tis.
ii.
tii.
i.
rri.
tii.
na

52

18412

Fratris Pãcratii Eremitę/Carminũ Libri duo: Aegloga una: Muſices opuſculum.

Frater Pancratius ad Lectorem.

Præſens Vultureas liber Camœnas
Membratis digitis apertus offert:
Non frontem excutiat legens minacem:
Et naſum pigeat plicare rugis:
Eſſe error poterit/latens alumnum
Clius: quem indiciis uolo proteruis
Non defendere: dic eum poeta:
Mox dicetur Homerus ille dormit.

Frater Vincentius Buzalla Siculus
Ad lectorem.

Inſpiciens lector Sleſitæ Vulturis odas:
Extollis merito laudibus altiſonis

¶ Frater Pancratius Vulturinus Alemanus reuerẽdo
p̄ri Barnabe Eremitão ſacræ theologiæ magiſtro illumi
nãtiſſimo patauiniqȝ ſtudij regẽti meritiſſimo. S. P. D.

COgitanti mihi Barnaba benigniſſime cui hoc
vnicũ meaꝝ lucubrationũ opus merito dedica-
rẽ dignior te occurrit nemo. Tũ qa ⁊ te parente
germano genitũ ſingulariſſimum fidiſſimumqȝ
mihi patrem ſemper cognoui. Tum ⁊ quia ſcientijs te or-
natum: virtutibus deniqȝ preditũ haud ignorabã: vt ob
eaꝝ in te copioſiſſimũ pelagus nomẽ tibi late propagaue-
ris: ſed ad viſionem quoqȝ venio.

Sex fruticum vaſto vidi ſublimia campo
Stemmata: laurus erat: terebinthus: oliua: cupreſſus.
Palma virens: multo redolebat cedrus odore:
Se vidi ſubito cedrus tollebat in altum:
Aſt erecta minor folijs apparuit auctis
Maxima: cui flexis torquebant culmina ramis:
Tu patrum venerande pater decus inclyta cedrus:
Cui tortis merito datur ingens gloria cruris.

Tibi igit̃ optime pater: hæc noſtri laboris ꝯdico monumẽ
ta: tibi dirigo: tibi trado: ſupplicãs: quatenus ea: cũ potẽs
ſis id facere: ⁊ a dente mordaci eripias: ⁊ a praua dum ne-
ceſſe fuerit lingua ꝯfendas: Vale ⁊ patriæ ⁊ relligiõis opti
mum decus.

¶ Fratris Pancratij Vulturini Sleſitæ de monte Cer-
uino Carminum liber primus.

¶ Carmen Vernale Tetradecaſtichon.

Enſifer æthereis Orion labitur aſtris:
  Sidereo repetens æquora vaſta gradu.
Et releuat Phœbus dimerſum ſphæricus axem:
  Pleiadum ſupero cernitur orbe nitor.
Jam quia purpureum ver egelidas facit auras.
  Non opus eſt laxis tegmina ferre comis.
Imbriferi volitant vernumqꝫ per æthera nimbi:
  Hinc ſtillante ſoli nube vireſcit humus.
Tecta reformat apis rimoſis cærea truncis:
  Et replet rauco murmure muſca lares.
Jamqꝫ amat obſcuram coluber qui lubricus vmbram:
  Perqꝫ feræ figunt annua luſtra pedem.
Et ſaltat piſcis tepefacta ſquamiger vnda:
  Ranarumqꝫ frequens incipit eſſe coax.
Spargit odoriferos ver flores dulce per agros:
  Stat redimita ſuis frondea ſilua comis.
Sed rorat largas viridi de palmite guttas
  Bacchus: vitiferis flebilis ipſe iugis.
Cum grege cornigero ſtat campo paſtor aprico:
  Cuius agit placidum fiſtula parua ſonum.
Atqꝫ colat fundum ſtiua diuertit aratrum
  Villicus: ⁊ reboat rura per ampla puer.
Hinc graditur lætus per prata viator amœna:
  Nam frondens ilares colligit arbor aues.
Quas inter modulis queritur philomela canoris:
  Et criſtata pium promit alauda melos.
Et cuculat cuculus: crepitatqꝫ ciconia roſtro:
  Plumipedum reſonat ruſqꝫ nemuſqꝫ modis.
Sed ſponſi cingant vt florea ſerta capillos.
  Colligit exortas verna puella roſas.
Jam luteum tignis vaga ſternit hirundo cubile:
  Altiuolæ ducunt agmina longa grues.

Atq; ſuis gaudet cultrix circundata nymphis
Sylvarum: & nemorum Delia caſta decus.
Conſurgunt fauni: luditq; Cupido ſagittis:
Nuda Venus ridet: mater amore fauens.
Et ludit plectro demiſſo Cynthius arcu:
Concrepat Aonidum fontis in amne chorus.
Gaude triſte meum cor: gaude triſte meum cor:
Jam quia florigerum ver tibi venit. io:

¶ De natiuitate Chriſti Dicolon Diſtrophon.

M Agnus ab aſtrigero proceſſit cādor olympo:
Luce noua tellus irradiata micat.
Filius æterno ſtabiles qui condidit arces
Cū patre: qui ſæclū temperat omne deus.
Menſibus ille nouem latuit nam virginis aluo:
Non quod erat ſumens quod fuit ante manens.
Quemq; canunt priſci genuit virguncula vates:
Hinc patrius vagit Chriſtus in orbe nitor.
Aſpera cui ſternit veneranda cubilia mater:
Inq; puer fœno qui regit aſtra iacet.
Hinc vbi cælſithrono canit angelus æthere laudes:
Et natum aereo nunciat ore deum.
Accelerat linquens pecuaria paſtor ab aruis.
Quō veniens partus ſit videt ille nouus.
Voce deum viua laudat magnalia promens:
Atq; humilis cælſum paſtor adorat herum.
Eſt aſinus puerum cognoſcens cum boue natum:
Iſte mouet rudens dum boat ille genu.
Sed facinus quantum Herodes admiſit iniquus.
Occidens pueros: impia bella mouens.
Urbs Bethlē regis ꝙ ſit veneranda nouelli
Ortu: nam timida percipit aure miſer.
Dum magici ſupero deducti lumine reges.
Teſtantur dominum: munere: voce: nouum.
Nititur exortum mox regem perdere crudus:
Ut cadat omnis agit maſculus enſe puer.

Promicat hinc ferrum: gladij vibrantur acuti:
Et quatitur ſæua lancea dira manu.
Fit mota clamor genitricum cæde cruenta:
Sic vbi filiolis mors inopina venit.
Nam torquens teneris puer vbera lactea labris.
Abſtrahitur dandus matre dolente neci.
Et ſilet in cunis infans perfoſſus ab enſe:
Dum plena innocuo terra cruore madet.
O quoties tendit duplices ad ſidera palmas:
Dum cernit prolis guttura foſſa parens.
O quoties querulæ tolluntur in æthera voces:
O quoties ictu pectora plancta dolent.
O ingens feritas: o mens peruerſa tyranni:
O ſtygio ſemper facta premenda lacu.
Perdere cæleſtem quæris cur improbe regem?
Perſequeriſq; tuo cur cinis enſe deum?
Non quærit mundo Chriſtus tua mœnia natus:
Cum geritet valida ſceptra ſuperna manu
Hoſtis quem quæris ferro non læditur infans:
Hæc fruſtra aduerſus quid meditaris eum?
Quæ tibi ſunt cordi nouit puer omnia cedens:
Et graditur tutas matre gerente vias.
Gloria quæ tibi nunc? propria qui victus ab ira
Es regni viſus perdere ſceptra tui.
Jam pueri viuunt quos enſe nephande cruento
Cædebas: tibi ſunt tartara mœſta thronus.
O mortalis homo puerum cognoſce nouellum:
Pro te ſtelligero qui volat orbe deus.

Aliud.

IAm peccatrici conſurgant gaudia menti:
Inq; ſacro laudem numine plena ruat.
Quæq; tenebroſa eſt rutilo clareſcat ab ortu:
Excælſus ſubeat lumina cæca nitor.
Diffuſa eſt large rorantibus aurea cælis
Eximiæ proles virginis in gremium.

En pater æternus cæleſtem qui quatit orbem.
Aethereo Chriſtum miſit ab arce ſuum.
Surgat vt illuſtris menti quæ nubila candor:
Atqꝫ olim lapſus iam releuetur homo.
Sicqꝫ puer cælſo demiſſus cardine vagit:
Quem caſti in Bethilen mamma pudoris alit.
Hæc manifeſtarunt implentes æthera cantu.
Dulciflua angelici voce ſonante chori.

Aliud in quo littere capitales
dicunt Pancratius Vulturinus.

PLæbs odas captiua canat: rex venit in orbem
Ad nos omnipotens: quiqꝫ redemptor erit.
Nuncius eſt certus clax angelus æthera luſtrans:
Chriſtus ait Bethilen cernitur vrbe puer.
Res miranda diu mox paſtor deſerit arua:
Arripienſqꝫ pedum curſitat inde celer.
Cum venit enixa eſt puerum ſacra virgo nouellum:
In facie mater ſol velut eſt rutilans.
Vox ſonat hinc laudis magnalia fantis ab ore:
Se ſupero flectunt bos ⁊ aſellus hero.
Virginis in gremio pendet puer vbera ſugens:
Atqꝫ infans vagit maximus ante ſatus.
Luce micante noua concurrunt agmine reges:
Thus aurum myrrham miſtica dona ferunt.
Viuificaret homo roſeo te vt ſanguine plaſma.
Rumperet ⁊ colli vincula dira tui.
In caſtam voluit genitricem figere greſſus
Noſtri ſuſcipiens carnis amator onus.
Vt placeas nato ſacri pete limina templi:
Sit tibi funde ſalus partus vt iſte preces:

Ad ſanctam Barbaram.

SAlue Chriſticolis virgo celeberrima templis
Barbara: conſtructis thure colenda focis.
Filia plaude patrem viciſti candida tetrum:
Judicis es vultum ſpernere viſa trucem.

Plaude q infernum virguncula ſtraueris hoſtem:
Et carnem & mundum non nocuiſſe tibi.
Plaude q æthereas moriens penetraueris arces.
Amplexu ſponſi perfruitura diu.
Gaude virgineis virgo ſociata choræis.
Cum quibus æternum concinis alma melos.
O electa tuas nunc pulſo clientulus aures:
Altithronum iuxta ſis memor oro mei.
Iram flecte dei: extrema veniente minuta.
Auxilium famulo pende benigna tuo.
Nam quia terrenam ſpreuiſti ſaucia pompam.
Chriſtus amat fundis quas pia virgo preces.

¶ De beata Clara ordinis Eremitarum.

SI cupis in clauſtro cæleſtem viuere vitam:
Promicat exemplar Clara beata tibi.
Claruit hæc vitæ clauſtralis norma perennis.
In falcone deo monte puella placens.
Hæc humilis meruit mundum calcare ſuperbum.
In ſacra figens relligione pedem.
Qua proprium virgo vixit caſtiſſima ſpernens:
Præceptis parens obſequioſa pijs.
Hæc ſummum pura dilexit mente tonantem:
Ipſius dignum duxit amare fidem.
Hanc modo fœlicem Chriſti teſtatur amara
Paſſio: ſub famulæ corde reperta ſuæ.
Et tres inuenti ſciſſo ſub felle lapilli
Ponderis vnius: ſigna beata manent.
Hanc cum fratre pater totis imitare ſororem
Viribus: exoptans præmia cælſa polo.

¶ Ad Chriſtiferam virginem mariã.
Ode Dicolos Tetraſtrophos.

DIua rectoris genitrix olympi.
Orbe ſtellato redimita ſertis.
Anna quam fœlix ſine labe ſanctam.
Edidit aluo.

Eſt tuum cordi cithara ſonante
Leſbio nomen celebrare plectro.
Quod nequit digne reſonare totus
Verſibus orbis.
Hinc parens almi generoſa phoebi.
Dulcis Euterpe: ſuperans Thaliam.
Axe quod poſco miſer oro funde
Flumen ab alto.
Ante libratos reuoluta cælos
Mente diuina: fluuios: abyſſos:
Ante cliuoſos memorata colles
Annue ceptis.
Tetrico quondam gemuit ſub hoſte.
Lapſus ⁊ forti religatus orbis
Vinculo: fundit querulas in alta
Sidera voces.
Perſonat luctus Jouis aure clamor:
Filius cælſa miſerator arce
Pergat inſiſtit: moriturus inter
Arbore gentes.
Ventris annoſi benedicta proles
Naſceris: Chriſtum paritura regem:
Nec genitricum manet vlla vaſto
Dignior orbe.
Hinc ferens dulces properat ſalutes.
Nuncius picta Gabriel ab aula:
Mater æternum genitura verbum
Jnquit aueto.
Maſculo magnum ſine virgo fructum
Concipis: nomen dabis ore Jeſus:
Pneuma te ſanctũ veniens obumbrat
Flumine diuo.
Suſcipis verbo grauidanda verbum:
Qui tua Chriſtus requieſcit aluo.
Nec patris dextram ſupero relinquens
Labitur axe.

Hinc nouem luna vicibus recreta.
Et vagis bigis toties minuta.
Tu redemptorem gelido ſub æuo
Fundis in orbem.
Collocas arto puerum cubili:
Faſciam panni laceri miniſtrans:
Et ſatum paſcis modico ſupremum
Lacte tonantem.
Ducit Eois proceres ab oris
Stella: qui myrrha properant ⁊ auro
Creduli: ⁊ multo veniunt onuſtis
Thure camelis.
Fundit octaua ſubito cruorem
Luce: quem tractat puerum ſub vlnis.
Te doloroſam ſaciatus almo
Flamine promens.
Regulum ſæuo gladio nouellum
Prauus Herodes vbi quærit hoſtis.
Barbaros vili fugis in penates
Triſtis aſello.
Inq; iudæam reuocata ſomnis.
Mœſta ſub vulgo genitum requiris:
Inter amiſſum reperis legentem
Scripta peritos.
Pallor inuadit tua mater ora:
Mens ⁊ ingenti quatitur dolore:
Hinc vbi pendet moribundus alta. ⁊
Saucius ara.
Tertia victor tumulo reſurgens
Luce: te immenſo replet ipſe matrem
Gaudio: pacem socijs relinqnens
Scandit in aſtra.
Sed tibi caſtæ voluit parenti
Aetheris large dare ſceptra pictі:
Teq; reginam ſtatuit per omne
Filius æuum.

Angelos inter reſidens canoros.
Laude mulceris pia mater ampla:
Et tuum cæli veneratur omnis
Curia nomen.
Styx tremit mirans. auidiqꝫ regna
Ditis. exhorrent tua virgo ſceptra:
Et pium numen ſtupet orcus inter
Pallidus vmbras.
Sed tibi dulces canit orbis hymnos:
Thura iactantur precioſa templis:
Sacris altaris tyrioqꝫ ſplendent
Murice vela.
Perditæ fœlix veniæ repertrix:
Suſcipis gentes: tegis: atqꝫ ſeruas:
Tuqꝫ peccati miſeros benigna
Eripis vndis.
Et ſinus amplos mihi virgo pande:
Sis fouens oro gremio canentem
Hoc tibi carmen: ſcelus ⁊ remitte
Diua quod vrget.

¶ Ad diuum Georgium martyrem.

Concrepans noſter chorus alleluia:
Hymnicas laxo canat ore laudes:
Militi cuius celebrantur amplum
Feſta per orbem.
En dedit Chriſtus capiti coronam.
Te poli ciuem ſtatuens perennem:
Hinc manu forti ſuperare viſus
Plaude Georgi.
Alta te mundo generat propago:
Fortiter tyro ruis in draconem:
Sorte damnatam eripiens puellam:
Plaude Georgi.
Victor e bello graderis virili
Baltheo cinctus: teneram ſequente
Virginem crudo. fugiunt videntes:

Plaude georgi.
Tu tamen verbo reuocas in vnum:
Qui prius mordax vehitur per arua:
Proluis regem populumqȝ ſacris
Plaude ſub vndis.
Hinc vbi miles bone vinctus aſtas
Præſidi: Chriſtum loqueris minaci:
Pallet aſpectu capitur furore:
Plaude triumphas.
Martyr in ligno ſubito leuaris:
Vngulis tota laceraris aluo:
Sal faces torquent patulaſqȝ coſtas:
Plaude. triumphas.
Tu crucis ſigno bibis e veneno:
Hinc magus ſtricto feriendus enſe
Credo proclamans. petit ictus aſtra:
Plaude Georgi.
Te rotæ inflictum gladijqȝ acuti
Euomunt: feruet liquor igne plumbi:
Quem putas merſus geticam pruinam:
Plaude. triumphas.
Suadet excuſſa ſimulator ira.
Te minis flecti dubitans tyrannus:
Cruribus torſis perit ara flammis:
Plaude. triumphas.
Vltimo vicos traheris per vrbis:
In polum tenſis manibus perennis
Præmium vitæ. rapis enſe plexus:
Plaude. triumphas.
Hinc tui ſemper famuli precamur.
Vt prece ad Chriſtum meritiſqȝ curras.
Impetrans culpæ veniam grauanti.
Sancte Georgi.

¶ Ad Chriſtum incarnatum.

O Puer cælo veniens ab alto.
Fraude pꝛoſtratum releuare mundum:
Da tibi digne reſonare laudes.
Carmine Sapphus.
Moꝛs vbi guſtu fuerat reperta.
Et laboꝛ mundum doloꝛ atqꝫ cinxit:
Hoſtis humanum tetricoqꝫ vexit
Plaſma ſub antro.
Te patres ergo petiere meſti.
Ut poli rupto miſeratoꝛ axe.
Et pius plæbi ſubito venires.
Chꝛiſte redemptoꝛ.
Flecteris tandem deus alme votis:
Dexteram ſaltu valido paternam
Non ſinens: cælſa pꝛoperas ab aula.
Matris in aluum.
Magnus in cælo puer oꝛbe vagis:
Dum iaces arto genitus cubili.
Te deum reges patrium ferentes
Munus adoꝛant.
Creſcis amiſſam ſitiens ſalutem:
Dum cruce expirans petis ima victoꝛ.
Ducis e limbo pꝛoprio redemptos
Sanguine patres.
Hinc tibi carmen puer o benigne
Pangimus læti: pꝛece ſupplicantes.
Candidum nobis reſeres vt hoꝛa
Moꝛtis olympum.
¶ De conuerſione ſancti Pauli.
SAulus exercens rabiem tyrannus.
In pios Chꝛiſti gladijs alumnos.
Spumat æſtiuas velut inter vmbꝛas.
Setiger vꝛſus.
Hinc Damaſcenam petit hoſtis vꝛbem:
Quem ducem ſtipat comitans caterua:
Ne quid infeſtas ſonat aure circum

Lumine ſepti.
Tu quis exclamans, leo ſiſtit agnus:
Eſt tibi durum ſtimulo vetante
Vox tonat: ſtricto timidam ſub enſe
Perdere plæbem.
Cæcus ammirans equitum per vngues
Tractus: ad limen rapitur penatum:
Appetit vitans alimenta ſanctam
Credulus vndam.
Paulus electo datur inde vaſi
Nomen: & viſu ſtupidus recepto:
Gentibus Chriſtum poſitis colendum
Intonat aris.
Huius effulget nitidis per orbem
Dogmatum pulſis radijs tenebris.
Quam deus plantans coluit ſalutis
Vinea dextra.

Ad regem Maximilianũ ſemper inuictiſſimũ.

REx poli regem precor intuere:
Huic dies amplis moderator vrnis
Funde: quem laxis cano geſta dicens
Inclita fibris.
En tibi hæredem moriens ſagacem.
Vrbium liquit federicus auctor:
Iure ceruicem genibus retortis
Auſtria flectis.
Indoles Marci viguit Cathonis
Mira: ſub Druſo pueri tribuno:
Clarior noſtri nitidis refulſit
Principis armis.
Lucius priſcis tribuebat annis
Furius. dignum ſuperis honorem:
His ſub ingenti Fabius litabat
Sacra periclo.

Ritus hic illis vetus atqȝ vanus:
Templa componit veneranda Chriſto.
Inclyti virtus probitaſqȝ regis
Maximiliani.
Pannonas quondam ſuperauit acres:
Ipſe pugnaces domuit Sycambros:
Turcus hunc fortem timuit latenter
Barbarus hoſtem.
Hunc ſuo totus tremat ore mundus:
Cum ſacris regnet manibus perunctus.
Et meos dicat dominus cauete
Tangere Chriſtos.
O ſacræ vitis generoſe palmes.
Pectore in tuto pietate flagrans:
Te ſonet iuſtum latij camœna
Alta leporis.
Auctor es regni ſapienſqȝ tutor:
Quis tibi iuſtos dabit hic honores?
Quiſque condignas poterit referre
Carmine laudes?
Eſt ſuæ Codrus patriæ repertus
Fautor: hunc longe ſuperas in vno.
Rex vbi condis patria ſub vrbe
Vatibus ædes.
Hinc ducis tanti decet o poetæ
Et ſacri nomen celebrare regis:
Principis criſpo feriente plectro
Dicere martem.
Qua tuam circa fluit iſter aulam
Vrbe: rex carmen cecini tremende:
Vt velis orans memor eſſe vatum
Te celebrantum:
¶ In huius potẽtes iudiceſqȝ mundi
Quas duces olim ſtatuere leges.
Atqȝ duxerunt ſtabilire dignum:
Morte donantes peritura ſæuo

Corpora ferro.
Geſta præclarum memorant Seleucum:
Lubricum punit sator ipſe gnatum:
Fitq; ne laret proprio ſtatuta
Orbus ocello.
Et fuit princeps Tyrius Charundas.
Sponte qui ſtricto cecidit ſub enſe.
Turba ne latam furioſa legem
Solueret ictu.
Judicant æque proceres in orbe.
Nec viri ſpernunt humilis nec alti
Ponderant vultum: potuiſſet ætas
Dicere priſca.
Alme cæleſtis moderator aulæ.
Jam vides alto. quoties in imis.
Jura ſubuertens agitat ſiniſtre
Arbiter omnis.
Ante quo ſtabant queruli tribunal.
Indice erecta numerante fronte:
Heu quis infecto vicioſus orbe
Abſtulit æuum.
Regiam verax modo liquit aulam:
Et videt vultus veniens atroces:
Aure qui prurit comitatur omni
Fraude potentes.
Tu tamen picta ſuper aſtra turri
Hæc videns. iram pius es refrænans:
Sis & indulgens petimus redemptor
Mortis in hora.

## ¶ Ad Dionyſium bacchum

Feſta Niſæi rediere bacchi:
Baſſaris dulces cane dithyrambos:
Dic preces audi pater o benigno
Candide vultu.

Ut lares nidor penetret culinæ.
Pinguibus verſis auibus colurnis
Fac pie: preſſis laticemqꝫ fundant
Dolia bothris.
Tu leo Rhœtum lacerare fortem
Viſus: exoſoqꝫ tibi Lycurgo
Ultor illabi: voluiſti ⁊ indos
Flectere toruos.
Naiadum fortis Dryadumqꝫ turbæ
Tutor: infundas petimus liquorem:
Ut tibi læte celebrentur hauſtis
Orgia poclis.

¶ De ingreſſu ad eccleſiam.

Vota diuinas penetrent vt aures.
In poli ſumma reſidentis arce:
Corde homo puro tere ſacra Chriſti
Limina templi.
Angulo iunctus petiturus arto.
Fauce quod penſa loqueris rogante:
Terreis mentem penituſqꝫ ſpretis
Erige in aſtra.
Dente ꝙ ſtrident animæ ſub vmbris
Pende: ꝙ lugent ſtygijs in vndis:
Aſt vbi quondam ſonuit trifauci
Cerberus ore.
Q̇oqꝫ lætantur Iouis ante vultum.
Spiritus penſa ſuperi frequenter:
His vt extrema ſociaris hora.
Funde preceſqꝫ.

¶ De corpore Chriſti precioſo.

Chriſte cæleſtem ſacians cateruam:
Candor æternæ ſpeculumqꝫ lucis:
Que tibi ſoluunt populi benigne
Suſcipe vota.

Te chori mulcent ſuperi canentes.
Te decet virtus dominum ſub aſtris:
Et canit vaſtum merito per orbem
Plæbs tibi laudes:
Tu patrum cælo prece lapſus aucta.
Virginis caſtæ latuiſti in aluo:
Et tener fletum puer hic dediſti
Maximus aſtris.
Tu crucis tandem moriturus ara.
Porrigens ſacrum ſocijs in eſcam
Corpus: impleſti roſeo miniſter
Sanguine vaſa.
Hinc dies nobis celebris relucet
Illa: qua tanti memor eſſe facti.
Cernitur clero reſonante vulgus:
Feſta nimiſq;.

¶ De conuentu Patauino.

QUæ Meduſæi colitis fluenta
Fontis: aſpirate precor ſorores:
Ut canam noſtri patauina in vrbe
Ordinis ædes.
Inter vt flammas Hecate coruſca
Promicat cæli. ſuperat vagaſq;:
Has vt excellit nitida reſurgens
Lampade frater.
Sic lares Antenorea ſub vrbe.
Quos cano. plectro celebrandi eburno:
Lacte manantes ſuperant per orbis
Climata clauſtra.
Sæpius magni Iouis ara fumat.
Quem grauem flectunt pia thura vultu:
Summa prudenti recubatq; patrum
Pectore virtus.
Creditas fauſte vigiliq; mente.
Paule Ioānes moderans habenas.
Tu pius cælſos merito ſubiſti

Paſtor honores.
Tuqз Martine o pater es colendus.
Cana quem doctum reperit ſenectus:
Te tua effecit volitans celebrem
Fama per orbem.
Tuqз bellini vocitatus almo:
Nomine: ⁊ multa probitate cretus:
Templa dum fumant minime recedis
Preſbyter aris.
Et tibi virtus Gulielme magna eſt.
Verſibus ſemper memoranda ſapphus:
Ut pater nobis alimenta creſcant.
Eſt tibi curæ.
Sed tibi magnum decus amminiſtrant
Dulcis Euſebi. bona vita. mores:
Teqз maturi modicum nec ornant
Corporis artus.
Barnaba miti celebris loquela.
Cor dedit pallas tibi docta prudens:
Te decet perpes ſophiæ magiſtrum
Laurea circis.
Cæteri arguto ſimul ore fratres.
Artium certant dubij palæſtris:
Omnis accedens logica ſophiſta
Vincitur arte.
Nos diu ſancta deus alme dextra.
Protege inuiſo famulos ab hoſte:
Et dies amplis patribus propina
Juppiter vrnis.

¶ De ſancta Catherina virgine.

C Onſurgat ſenior turba ſcholaſtica:
In laudem reſonans martyris inclytæ:
Hac vna pueri vocibus intonent:
Dicentes Catherina aue.

Sappho ꝙ fuerit leſbia nobilis.
Vates: commemorant ſcripta poetica:
Tradunt eximiæ dictaqꝫ Tulliæ:
Caſſandræ quoqꝫ numina.
Has Chriſti ſuperat virgo puellulas:
Coſti quæ celebris filia reguli.
Mira doctiloquos ad dominum viros
Conuertit ſapientia.
Ad templi properans limina ſordidi.
Thus iactare metu dijs videt aureis:
Concludens vario diſputat ordine.
Chriſti numina comprobans.
Serui ſuſcipiant imperat aulici
Fantem. ſollicitus cæſar in atrijs:
Expectet reditum ceu temeraria
Verbis. vult lare regio:
Inquirit rediens nomen originem:
Reſponſis agitat florida marcidum:
Victum ſe reputans. quæ tumet artibus
Turbam. conuocat anxius:
Conuincit gracili dogmate rhetores:
Quos cæſar ſtupidos (. nos quia credimus
Conclamant pariter.) concremat ignibus:
Scandunt aſtra per agmina
Vt ſuadens poſitis artubus immolet.
Et blandus tetricus virgine temnitur:
Conſtans exuitur: diraqꝫ verbera
Sentit: Carcere clauditur.
Coniunx Porphyrio cum duce regia.
Tetri nocte videt lumina carceris:
Quos virgo monitis efficit optimis
In Chriſtum pia credulos.
Mandatur veniat ſaucia vinculis:
Exterſo veniens candida vulnere
Inſultat: Rotulis hanc ſonat impius
Cæſar. flectite ſeruuli:

Aſſiſtit valido miſſus in impetu
De cælo Cherubim: machina vellitur:
Succumbunt gladijs. coniuge regia
Extincta. quoqꝫ milites.
Et ſpꝛetis monitis virgo tyrannicis
Flexo ſub framea poplite concidit:
Dans lac pꝛo roſeo ſanguine candidum:
Sanctis conditur angelis.
Hanc omnes pꝛecibus flectite martyrem:
Nam ſemper famulis ipſa fidelibus
Oꝛata. auxilio ſubuenit optimo: et
Hoſtem diffugat impꝛobum.

¶ De Epiphania dominica.

Fœlix turba manu plaude fidelium:
Apparentis vbi carne ſub infima.
Reſplendent domini feſta potentie.
Phœbi vecta per oꝛbitam.
Chꝛiſtus virgineo paſcitur vbere.
Se miro genitum lumine regibus
Oſtendit magicis: qui ſua largiter
Carpunt munera creduli.
En ſidus rutilans æthere pꝛomicat:
Regem planta nouum queritet indica
Dicunt: ampla petunt arua ſub agmine:
Quos tellus capit altera.
At ſtellæ comites lux noua deſerit.
Quærentem pueri ſollicitant necem:
Inſtructi pꝛoperant ſidere pꝛæuio:
Natum cernere geſtiunt.
Intrantes Bethilen tegmine regio.
Quem matris gremio faſcia colligit.
Flexis dant genibus Thura ſacerrimo:
Myrrham: munus ⁊ aureum.
Reddunt hæc pariter feſta celebꝛia.
Vinoſa Hebꝛaicis lympha ſub hydrijs.
Baptiſmus geniti. viſio flaminis.

Vox patris quoqȝ cælica.
Te nos terrigenæ cum patre filium
Oramus: dominum ſed quoqȝ ſpiritum:
Da vitam famulis ducere proſperam:
Poſt hanc viuere iugiter.

Ad Jouem altitonantem oratio tempore peſtis.

O Cælſi quatiens mœnia cardinis.
Quem grato ſuperi carmine ſpiritus
Mulcent: Quemqȝ tremunt ſidera. tartara:
Diuinis moderans æthera nutibus:
Curſus vt ſolitos ſigna micantia
Qui mandas repetant. vt quoqȝ lucidus
E vaſto redeat Cynthius æquore.
Et bigas agitet Delia noctibus:
Tuqȝ anni reuocans tempora labilis.
A terra refluum qui mare diuidis:
Et cuncta occidui noxia ſæculi
Longe proſpiciens: Juppiter optime:
Ad terram ſolio reſpice candido:
Quod iam peſtiferis cerne periculis.
Corrupto tenui fluctuet aere:
Et quod poſt reliquum ſternitur alterum.
Emptum ſaluificis plaſma cruoribus:
Mors heu præcipiti funere pallida
Demergens populum. falcibus ingruit:
O plæbi miſerans parce ſuperſtiti:
Dic ceſſet ſubito qui ferit angelo:
Cedat peſtis abhinc liuida protinus.
Mox aras tyrio murice veſtiens.
Plæbs erepta dabit thura periculis.

## Hymnus Epitaphius Antonio Fracāciano philoſopho.

QUi pijs viator antrum
Hoc ocellis hauſerit.
Quo Fracancianus alter
Dormit ille Pittacus.
Sit perenni lychnus æuo
Huic adoptet lampade:
O dolor doloris ingens
Læta triſtans pectora.
Nox obumbrat. luce merſa.
Nox opaca nubilo.
Creſcit error. quis reſiſtet?
Cælſa vilent pulpita.
Heu ſophorum norma flenda.
Facta marcet pallida:
O fracanciane proles
Nobilis Vincentiæ:
O celebri ſtirpe germen.
Proſequendum laudibus:
Qua parentum luxit ortus.
O decus Germaniæ:
O ſcholaſticæ palæſtræ
Summa doctor gloria:
Te quis vnq̄ ſat per orbem
Laude rhetor extulit?
Aut quis inter vexit aſtra
Sat poeta carmine?
Quem iuuentus haud dolebit
Sat magiſtrum lachrymis:
Tu diſerto lector ore
Eloquens facundia.
Cumqꝫ noſtris graia libris
Hauſeras volumina:
Tu logos ſophiſta nexus
Rite noras ſoluere:

Phyſices tu auctor librorum
docta per mathemata.
Et medelæ fauſtus actor
Phœbus alter creueras:
O nimis ſeuera mortis
Quæ tuliſti ſpicula:
O trucem aſtrorum impiorum
Quam dedere imaginem:
Cum redire ſit negatum
Sit quies promiſſio.
Teqꝫ collocans ſuprema
Summus arce Juppiter.
Quæ nec auris pandat hauſit:
Nec pupilla gaudia.

¶ Ad ſæpe ſcribentem. Decaſtichon.

In largas tenui prorumpit carmine grates.
Cantatum innumeris verſibus ingenium:
Flexipedæ cupiens hederæ geſtare corymbos.
Et viridi laxas ſternere fronde comas.
Muſarum fœtus edens agat ille poetam.
Hys ego iam ſpretis eſſe ſophiſta volo:
Verſificator ero. logicum iuuat eſſe loquacem:
Laurus in obſcuris ne lateat tenebris:
Prima velim ſed ⁊ vltima ſint que carmina mitto:
Plura nec ipſe dabo tu quoqꝫ ſcribe. Vale.

Libri primi finis.

Fratris Pancratij Vulturini Sleſitæ Eremitani de monte Ceruino Carminum liber ſecundus.

De incarnatione dominica penthadecaſtichon.

TArtareo ſubiecta duci plæbs pulſat olympum.
Mittat vt oppreſſis Juppiter almus opem.
Cælorum verſo miſerator cardine Chriſtus
Egrediens. properat ſponſus vt e thalamo.
Plaſmatis humani fit natus conditor infans:
Et modico cæli lacte cibatur herus.
Virgine conceptus nec tacta gignitur aluo:
Res noua virgo parit: virgo manet genitrix.
Virgo manet genitrix: hauſit quis talia viſu.
Auribus aut patulis? res noua virgo parens.
Res noua virgo parens: noua res vbi naſcitur ille.
Matris qui viuax ante creator erat.
Et natura ſtupet. cæli mirantur ⁊ axes.
Hec noua perpetuo tartara facta tremunt.
Cernitur vt Danaes auratis imbribus aluus.
Acriſionæa turre madente grauis.
Sic Joue de cælis virgo rorante tumeſcens.
Fudit ventre parens ante pudica ſatum.
Perſea Gorgoneis immunem enixa venenis.
Falcato inſignem protulit enſe deum.
Exultent cæli. totus lætetur ⁊ orbis.
Chriſtus vbi nobis ægide fortis adeſt.
Hic ſtygiam ſecto ſpoliabit Gorgona collo:
In ſilices vertat ne pia corda vetans.
Et pius Andromedam iunget ſibi fœdere ſponſam:
Nulla ſub æquoreis monſtra timebit aquis.
O pietas immenſa dei. memoranda per æuum:
O ſtupor: o magnus cælſitonantis amor.
Ante ſenex genitus ꝙ lucida conderet aſtra.
Libratiſqꝫ polis gramina ferret humus.
Virginea voluit prodire ſalutifer aluo:
Et vagire deus paruulus orbe puer.

Sidera qui paſcit ſatians animalia terris.
Huic preſtat parcum lactea mamma cibum.
Rex mundi magnus. picti moderator ⁊ orbis.
Suſtinet exiguo frigora tenſa lare.
Corpora producto veſtit qui largus amictu.
Impoſitum fœno faſcia ſtricta ligat.
Splendida nec fulgent mixto conchylia byſſo:
Eſt nec cæleſti regia picta duci.
Pauper inops nuduſqz iacet præſepia complens:
Quem ſupplex grates mater adorat agens
Ut redimatur homo tetrico qui vinctus ab hoſte
Languet: ſtelligero prodijt axe deus.
Hinc nato fundat flexo ſua poplite vota.
Diſſoluat rupto vincula dira iugo.
Salue virgo parens: veniæ ſalucto repertrix:
Dulcis ⁊ almifici mater amoris aue.
Ad nos o clemens vultus conuerte benignos.
Quēm cæli placans vbere paſcis herum.

¶ De ſancto Nicolao Tollentinate Decadecaſtichon.

Tollentinatem Nicolaum prædicet orbis.
Complacuit cuius vita legenda deo.
Namqz ſacro viuens caſtaz gerit ordine mentē:
Abdicat ⁊ proprio: iuſſa libenter agens.
Nititur ad ſummum ſanctus conſcendere culmen
Uirtutum: quærens regna ſuperna miſer.
Piſces hic ſpernit: carneſquoqz: temnit ⁊ oua:
Lac fugit: eſt panem: cui mouet vnda ſitim.
Aſpera tranquilla ſub nocte cubilia ſternens.
Mollia temporibus denegat ipſe ſuis.
Inqz graui carnis virga caſtigat amorem.
Et corpus tenerum dura cathena domat.
Et ſubſi pallet facie tamen omnibus extat
Gratificus: Chriſti ſemper amore calens.
Solatur miſeros: ⁊ limina viſitat ægra:
Quos tenet auxilio carceris vmbra iuuans.

Et volat æthereas animarum turba per auras.
  Dum penetrat templis hoſtia miſſa polum.
Afficitur diris nocturno tempore plagis:
  Quas feriente malo ſuſtinet hoſte libens.
Hinc fulget ſignis: pugilem radians præit almum
  Sidus: vbi ſolitas tendit inire preces.
Dans lumen cæcis. febres depellit opacas:
  Et iuuat appoſita languida membra manu.
Sæcula dum moritur ſanctus peritura relinquens.
  Angelicis iunctus tranſuolat aſtra choris.
Accurrunt populi plangentes pectora palmis:
  Qui fragiles firmi mox redeunt homines.
Tuqꝫ homo nunc votum Nicolao debilis auget:
  Ut tibi ſit pulſis vita quieta malis.
Qui potuit viuens homini conferre medelam.
  Et nunc ipſe poteſt ferre ſalutis opem.
Ante deum cælſo nam viuit ſanctus olympo:
  Cui ſunt æterni cælica regna lares.
Et quia non licitos ſtimulantis vicit amores
  Carnis: contraxit præmia digna manu.
Et quia confeſſor mundum calcauit iniquum:
  Eſt data qua cingit laurea ſancta caput.
Et pugil infeſto quia cæpit ab hoſte triumphos:
  Eſt data qua fruitur gloria magna diu
Jugiter angelicis ſupero concentibus orbe.
  Eſt cæli laudans conſociatus herum.
Dic Nicolae Jouis tibi quod placet audit ab ore:
  Omnia pro famulis confero verba tuis.
Cæleſtem humano duxiſti corpore vitam.
  Sunt tibi dum fundis nulla neganda preces.
Hinc vbi diuinas Chriſti confeſſor ad aures
  Orans affuerit: quod petit inde gerit
O quot inexhauſti maris erripiuntur ab vndis.
  Ante Jouem ſupplex dum cadit ipſe genu.
O ſua quot muti reſonant præconia labris.
  Ante dei diuo dum rogat ore thronum.

Et tribuit quoties hic candida lumina cæcis:
Proſtratoſq; pia febre leuauit ope.
Membra dedit quoties ægrorum languida ſana:
Quotq; necis rupit vincula dira reis.
Quotq; ſuam claudi petierunt greſſibus aram.
Soluentes celeri pinguia vota manu.
Mortali quoties exceſſit pectore dæmon
Uas linquens hominis: dum ſtetit ipſe rogans.
Hic variis nouit morbis releuare grauatos.
Supplicibus pendens numina diua ſuis.
Sæpius expoſitos conſeruans aere iuuit.
Interitum ne eſſet crux maledicta reis.
Eſt ſuper hæc nobis turrita Bononia teſtis.
Que confeſſoris facta notanda tulit.
Poſt quingenteſimum milleno quintus ab anno
Currit: & ecce nouus vere tepente ſtupor.
Funibus adductus trabe ſuſpendendus acerba
Exclamat latro: me Nicolae iuua
Nec mora perdendus ſcala detruditur alta:
Expleta populi lege tumultus abit.
Qui vultu pendens clauſis palleſcit ocellis.
Clauſiſſe extremum creditur atq; diem.
Quid multa? adueniunt capturi funere merſum:
Depoſitus loquitur parcite. viuo. viri.
Me quia ſuſtentans vir ſplendidus affuit vnus.
Pendenti in ligno mors mihi nulla fuit.
Concurrit ſubito cernens magnalia vulgus:
In ſancto varium prædicat ore deum.
Fitq; reus liber ſacro veſtitur amictu:
Subq; Auguſtini militat ipſe iugo.
O ſanctum diuo celebrandum carmine patrem:
O ſacro dignum ſemper honore virum.
Huic date perpetuo gentes pia thura fideles:
Ipſius incaleat iugiter ara focis.
Huius purpureis ornate altaria velis:
Et crepitent facili brachtea penſa noto.

Currite vos quarto pueri ſeptembris in idus:
  Cantantes tenero carmen ab ore nouum.
Feſta dies redijt ſancto: fulciteqꝫ templa
  Floribus: ⁊ caſta lilia ferte manu.
Et vos innuptæ properate ad ſacra puellæ:
  Nardiferum viridi cingite fronde caput.
Tuqꝫ pias Chriſti præbe concentibus aures
  Confeſſor: titulum virginitatis habens.
Quæ populi ſoluunt tibi ſuſcipe vota per orbem:
  Atqꝫ mei fratris ſis pater oro memor.
Et tu Chriſte ſalus humanæ cælica mentis.
  Quas audi fundit ſanctus ab ore preces.

¶ Ad Conradum Celtem primũ Germaniæ poetã.

VRbibus Auſtriacis decus o Conrade perenne.
  Maxima propulſa gloria barbarie.
Quis colit arguti moderator pectinis orbem.
  Sufficiens laudes dicere rite tuas:
Vergilio gaudet fœlix vt Mantua vate.
  Sic te percelebri patria noſtra viro.
Materna infuſum celabant viſcera fœtum.
  Non erat æterno vita creata Ioue.
Dum tibi fundebat ſua Phœbus numina cantor.
  Vt caneres dulci carmina docta fide.
Mox Bromius nato dulces fauereqꝫ nymphæ.
  Nectentes patulo ſerta gerenda lare.
Hinc doctam cinxit laurus tibi Delphica frontem:
  Pallentiſqꝫ hederæ ſacra corona caput.
Tu iuga luſtraſti parnaſi ſaxea montis.
  Corycio guſtans flumina ſancta ſpecu.
Threiciam gelido citharam releuarier Hebro
  Credimus: Aonijs te reſonante modis.
Tu ſtupidos reddens imples concentibus amnes:
  Saxa feraſqꝫ trahens ducis in arua nemus.
Cerberus audiſſet ſi te canis ille triuertex.
  Latratu complens triſtia regna fero.

Tænareas blando ſpreuiſſet murmure fauces:
  Arrectaq; melos aure tuliſſet hebes.
Diues ⁊ exangues laxaſſet tetricus vmbras:
  Duxiſſent lætos tartara mœſta choros.
Ab ioue cælicola longo tuearis in æuo.
  Sidera ne ſpirent tabida facta necem.
Tot videas annos. guttas quot diues Hydaſpes.
  Aureus atq; Tagus. gemmifer Iſter habent.

¶ Ad Eximium Raphaelem Regium.

GVrgite heri vaſto ſol tinxerat aureus axem:
  Propulerat nitidum nox tenebroſa diem.
Candida noctiuagos agitabat Delia currus:
  Lucebant picto ſidera clara polo.
Iuppiter aetnæos vibrabat flammiger ignes:
  Et mea non modicus cæperat oſſa tremor.
Sic te Vultureas vatem laudaſſe camœnas
  Percipio: inq; tua detinuiſſe manu.
Laus Chriſto perpes diſtento iugiter æuo:
  Debetur penitus gloria nulla mihi.
Vt canerem nullo carmen tradente magiſtro.
  Ipſe pium ſupero numen ab orbe dedit.
Sed tibi perpetuas ago vatum maxime grates.
  Cui ſumme vt fertur carmina noſtra placent.
Et ſupereſt nobis dextræ coniungere dextram:
  Namq; tuos cupio notus inire lares.

¶ Ad epiſcopū Argolicenſem paulū de zabarellis.

TE zabarellæo productum ſanguine paule.
  Argolicas minans optime paſtor oues.
Virga ſubit merito fumantibus aurea templis:
  Condecet atq; tuas infula ſacra comas.
Tu decus es patriæ. Ciceronis gloria linguæ:
  Tuq; Auguſtini Relligionis honos.
Muſarum noſti perdulces edere fœtus.
  Et tua dum loqueris nectare verba fluunt.
At pietas tecum teneris concreuit ab annis:
  Te ſemper iuſtum patria nouit humus.

Conſilio pollens doctrina imbutus ⁊ arte.
  Omnia prudenti tu facis ingenio.
Qui ſua cinxerunt Daphnæa tempora lauro.
  Quorumqꝫ exornant bacchica ſerta caput.
Te celebrent vatem venerentur pontificemqꝫ:
  Et taceant docti te ſuperante viri.

¶ Ad Reuerendum patrem Joãnem Oberdorffer prouinciæ Bauariæ prouincialem.

TE quis Joãnes extollet carmine vatum?
  Non manet in mundo qui ſatis eſſe queat.
Te quia conſpexit ſuprema Juppiter arce.
  Cuſtodemqꝫ ſui te dedit eſſe gregis.
Et tibi commiſſas fauſte moderaris habenas.
  Ne paſtor vigilans intret ouile lupus.
Summa tui virtus exornat pectoris aulam.
  Et tibi perpetuum mens erit alta decus.
Juſticiæ cultor nec habes pietate ſecundum.
  Tu vera flectis relligione Jouem.
Que docet hauſiſti docto ſacra pagina ſenſu:
  Et noſti magno cum Cicerone loqui.
Te paſtore deo perſoluant Bauara grates
  Clauſtra: ſed hoc faciant Auſtriaciqꝫ lares.
Et ſacra Sleſiacas lætetur turba per oras
  Fratrum: concordet Stiria læta choris
At tibi Neſtoreos excælſus Juppiter annos
  Conferat: atqꝫ mei ſis pater oro memor.

¶ Gilberto Gallo poetæ Epitaphium.

PLangite pierides poſitis ad flumina plectris:
  Jam ſileant ſpretis organa veſtra choris.
Ad ſacra diſperſis vlulate fluenta capillis.
  Tollentes tunicis omne monile decus.
Purpurea vileſcat: faſtus remouete ſuperbos:
  Nigras mutata ſumite veſte ſtolas.
Tu citharæ teſtudineæqꝫ repertor Apollo.
  Contectis pileo triſtis adeſto comis.

Terris morte iacet dolor o proſtratus acerba
Gilbertus: veſtræ gloria docta lyræ.
Qui tetricos manes ſuperi qui cardinis axem
Mulcebat: tangens arte fauente chelym.
Urbibus Auſonijs. latijs ⁊ notus in oris.
Cuius ⁊ in terris fama perennis erit.
Hac recubat merſo fatali corpore tumba:
Alta petit volucri ſpiritus aſtra gradu.

¶ Ad fratrem Michaelem febre laborantem.

Quam cito purpureas excuſſit pallida vires
Febris: deuaſtans corporis omne decus.
Prorſus ad iſolitos vaga greſſus crura coe
Intēſus priuās robore mēbra calor. git.
Liquerit etſi te ſpecies reditura Michael.
Exceſſit virtus pectore nulla tuo.
Uectus es obſequio delphinis ab æquore curui:
Ut quondam ſalſis cantor Arion aquis.
Sunt ne pij quæſo Nicolai numina curua?
Diffuſa e gemino largiter orbe polo.
Thure dato validus remeabit robur in artus:
Quæ modo gaudebunt viribus oſſa rigent.

¶ Antonio Fracantiano philoſopho Epitaphium.

Quē ſchola doctorē planxit Uincētia prolē.
Hac ſophiæ nitidū qui fuit vrbe iubar.
Heu pheretro pallēs eximos hauſit hono-
Corpe putreſcēs ſidera mēte colit. res:
Huius erat tenui ſalientem pollice venam
Tangere: ⁊ ægrotis fauſtus adeſſe toris
Dat matri preſſis languenti pocula ſuccis:
Qua ſpirante ſubit filius ipſe necem
Sic fit ⁊ interitus quæ quondam viuere cauſa:
Heu nimis euentum fata dedere trucem.
Quis poterit tute pharetrato occurrere monſtro?
Quod tantum iaculans abſtulit orbe virum.
Heu rapit. indoctis nec parcens. falce peritos:
Huic hodie lethum cras tibi forſan erit.

¶Aliud pro eodem Decaſtichon.

HIc natura parens ſtudioſum texit alumnum:
Quo genus omne nimis tegmie ꝑdit atrox.
Flāq; per Auſonias fragrās Antonius vrbes
Hic iacet: & ſophiæ dogmate clarus honos.
Phœbus Ariſtoteles ſed Lucifer occidit iſte.
Heſperus effectus: nocte ruente ſcholis
Mente petit ſuperi longæua cacumina Tiuoli.
Orbe diu fragrans, marcidus in tumulo.
Heu nocet æſtiuis non tantum Sirius herbis.
Quantum iterans homini mors pharetrata vices.

¶Ad preces amantis Decaſtichon.

AVſq; Cupidineo dilexi ſæpius igne:
Sed iam corde nimis feruidus vrit amor.
Ante ruinoſam releuabant oſcula mentem:
Depreſſum iam animū baſia nulla leuant.
Cor ego non habeo (.ꝗuis gero.) vulnere læſum:
Sed flagrans in te dulcis amica manet.
Quid dolor experior iaculis tranſfixus amoris:
Et ſi dilexi non tamen ante dolor
Quid premis? extinctis amor o miſereſce fauillis:
Aut fac ſit votis hora locuſq; meis.

¶Ad preces alterius.

FOrtuna infœlix cur me ſocialia cogis
Fœdera: & optati linquere tecta laris?
Cur me inuiſa petēs reddis mea pallida mēbra?
Cur tot me ſtimulis facta ſiniſtra premis?
Heu mihi veq; tibi miſerum maledicta fatigas:
Eſſe tibi poterat regia cælſa locus.
Sed quia me varijs infeſtas anxia curis.
Te ſequar vt mihi nec, nec tibi ſit requies.
Fortuna o ſocij quia me fugat improba fidi.
Sors quo me ducit pergo, valete, vagus.

¶Ad glorioſam virginem Mariam.

O Summi genitrix verbi: maris inclyta ſtella:
Virgo datrix veniæ ſpeſqꝫ ſaluſqꝫ reis.
Ad te confugio peccati ſaucius arcu:
Ne mergar ſtygijs auxiliare vadis.
Diſſolue o clemens inferni vincla tyranni.
Me quibus intemptans præcipitare ligat.
Extenta proſterne manu regina ſuperbum:
Ipſius infeſtum contere diua caput.
Thura dabo ſacranda tibi laudator ad aras.
Si miſero tuleris candida mater opem.

¶Supra imaginem mortis.

SUb iuga compellunt hoſtilia regna tyranni:
Et marte inuadunt mœnia. caſtra. duces.
Hoc ſi præualeant armato milite monſtrum
Extinguant: perpes vita triumphus erit.
Eripiant pharetram lateri. manibuſqꝫ ſagittas.
Ne populos mergat lethifer arcus humi.
Sed quia viuentum datur hæc victoria nulli.
Eſt miſerum quicquid ſpiritus orbe vehit.
Morte ruunt homines: pereunt animalia morte:
Omne rapit viuens: parcere neſcit atrox.

¶Ad cantorem.

ET lepores. ⁊ ſaxa. ſequuntur ⁊ Orphea montes:
Frondiferumqꝫ ſtupet laxat vt ora nemus.
Tiuolus plectrigeri miratur Apollinis odas:
Vox ſuperat picas Theſpia pierias.
Hunc ſilices perdunt: iſtius carmen aſellus
Deſpicit: ⁊ ſtimulat garrula lingua deas.
Te quoqꝫ ſi ſpernunt id non mirabere cantor:
Namqꝫ odio doctum neſcius artis habet.

¶Supra imaginem diui Georgij

REgia lethifero ſtat coram virgo dracone.
Exhorrens tetricas pallida facta minas.
Cornupedē torquens occurrit miles ĩ armis.
Morſibus infeſtis eripit enſe cibum.

En erat hic mordax. premat hæc iam baltheus ora.
Victor ait: graditur quo tua planta lepus.

¶ Mittit Roſam fratri Vincentio Siculo Drepanenſi.

OMnia præcellens eſt qui creat entia pictor:
Nam ſibi terrigenam non habet ille parez.
Quis tales inter depinxit lilia flores:
Hanc vt purpuream protulit ipſe roſam.
Hanc tibi Theſæo conuinctus dirigo nexu:
Ut videas ſummi facta ſtupenda Jouis.

¶ Laurus quare Phœbo. Tetraſtichon.

INſequitur Daphnen laſciuus Apollo pudicam:
Numinibus fundit territa virgo preces.
Exaudita viret. quam laurum Delius ambit.
Semper eris dicens arbor amanda mihi.

¶ Eclipſis lunæ vnde.

QUi vagus auricomo ſoror ē argētea fratri:
Aſpiciens illū currit ⁊ ipſa celer.
Quæ cētro cauſante ḡui ſi pulchra coruſcū
Perdit: mox nitidū perdit ⁊ atra decus.

¶ Supra menſam ſtudentis.

NOn deus eſt venter. iā Sardanapale repletus
Surge: fugit nimiam laurea docta gulam.
Cur patriam penſa veniens dimiſeris vrbē:
Ad ſtudium facilis mox tibi greſſus erit.

¶ Ad ſtudentem.

GRāde tua reſonare ſophos cupis aure v vrbes:
Excipe virtuti fata ſiniſtra ſtudens.
Laurea delicijs non ſurgit docta ſupinis:
Hinc placeat multo parca labore ceres.

¶ Scholaſticis.

AStudio retrahūt. venus. atqz cubilia. bacchꝰ:
Et libros repetens lora guloſus habet.
Parca ges. modicuſqz iuuat cibꝰ. alget i ibre.
Qui patrios tendit doctus inire lares.

¶ Ad Petrum Borgonium Endecaſyllabum.

PAucos ante dies libens habebam
Muſas petre tuas dicatiores:
Non frænis prohibentibus moleſtis
Viſas Leſbiacum mouere plectrum:
Et nunc Meonio ſonare verſu.
Nunc illud dare nunc ⁊ iſtud omni
Carmen nectare dulciter fluente
Sed cur iam reſident domi retractæ?
Cur mutæ ſileant ſtupore captus
Miror: totus vbi repletus orbis
Gaudet lætitia: ſedentqꝫ ramis
Cantantes modulis aues canoris:
En triſtis facies hyems ſeueras
Auertens. tepidis receſſit auris:
Hinc viuens ilarem dat omne vultum:
Solum meſticiæ vacant recluſæ
Obſcuris tenebris tuæ camœnæ:
Sed lucem poſitis petant habenis.
Horrendas fugiant rogo tenebras.
Et me ſollicitent tuum: valeto.

¶ In detractorem Iambicum.

O Enſe lingua ſæuior Mauortio:
O peior omni beſtia.
O telo acutior triſulco. cur retro
Es viſa mordax pungere.
Fides vbi promiſeras quam garrule?
Dediſſe verba quid iuuat?
Tu Tantalo dicatior: Tu Siſypho
Iniquior ſub inferis.
Latonæ amator vnguibus per iugera
Tityus nouem diſtenditur.
Quem ſi tuam dimitterent agnoſcerent
Linguam volucres peſſimam:
En audiere vultures te noxium.
Tarde volantes confluunt.

Uncis volunt roſtris malam corrodere
Linguam: procul dicax fuge.

¶ Ad ſcribere volentem de laurea.

ARcem corpoream quis aut corymbis:
Aut cinxit viridi ſacer tonanti
Lauro? pagina prodit alma nullum:
Plus crinita mihiq; ſerta fronde
Præſtant laudis: erunt decuſq; maius
Vati clauſtricolæ: meum nec odæ
Nomen iure ſonant: nec ora tollunt:
Parcas hinc bibulæ velim papyro.
Et vir ſollicitare docte fauces:
Verſus laurea noſtra non ſitiuit.

¶ Ad Alexium Romanum Tricolon Tetraſtrophon.

TItan leonis flammiger aureis
Iubas quadrigis herculei premens.
Die dabat ſua coruſcos
Aethereo radios ab orbe:
Auguſtus ardens lampade Delphica.
Et membra priuans languida viribus.
Eratq; tertia perurens
Luce. vireta nemuſq; agrumq;:
Et tunc remoto pollice peſſulo.
Vergente ſtridet ianua cardine.
Lepore noſtra ſat refertas
Limina. ſuſcipiunt camœnas:
Agnoſco muſas nunquid Alexius
Romanus. aio tinnula pectine
Ferire cantor fila ſuetus.
Nos mea iuſſit inire tecta:
Etſi nec vnq̃ plectra ſororibus
Carmen dicarim dulce gerentibus.
Nec ille ſim cantatus odis.
Sim neq; laude ſonandus vlla.
Libens tamen quæ ſuſcipio placent
Hæc & ſereno carmina lumine:

Uale: tuas eroqȝ laudes
Uerſibus alterutris recantans.

¶ Sebaldo Sleſitæ medicinæ doctori Epitaphium.

TElis Herculeis cruore fuſo.
Centauræ facilis repertor herbæ
Chiron. ſtelligero niteſcit orbe:
Pandens tabificas poli ſagittas
Oris illiricis procul minaces.
Per regna Hippocrates pelaſga Cous.
Alcidæ meruit ſubire cultus:
Et doctor medicæ Sebaldus artis.
Quem virtus ſuper aſtra vexit alta.
Deberet (. frueretur ampliori
Ni fructu.) ſimili potiri honore:
Chironem hic ſuperans. ⁊ æquus illi.
Pulſu ægris reducem ſilente vitam
Reddens. Sleſiacos pius penates
Complebat medicus ſtupore. triſti
Stratus morte. iacenſqȝ humi receptus:
Cui vitam elyſijs adoptet aruis.
Scriptos inſpiciens legenſqȝ verſus.

¶ Salutationes trium magoꝝ ad pueꝝ Ieſum.

Primus inquit.

STella Iacob ſalue pulſis exorta tenebris.
Et Balaam monſtrante nouum cõperta per aſtrũ:
Dux veniens populi ſalueto. redemptor ⁊ orbis.
Uirginea quẽ caſta parens effudit ab aluo.
Quemqȝ ſuum norunt errantia ſidera regem.
Orcus ⁊ exangues tremit inter pallidus vmbras:
Ad te rex venio regem ſtipante caterua.
Te dignum credens Arabo donarier auro:
Suſceptum placeat patrium rex inclyte munus.
Nec tua diſpliceant veneror quibus oſcula mẽbra.

¶ Secundus ait.

SAlue ſtelligeri puer optime conditor orbis.
Accelerans mundo patria miſerator ab arce.

Cuius in extremis ſidus comparuit oris.
Quod vigil expectans plæbs obſeruabat in annos:
Hinc ſubiecta mihi montana ſabæa relinquens.
Et ſumptis famulis. ⁊ onuſtis merce camelis.
Adueni flexis venerans tua numina cruris:
Suſcipe cæleſtis quæ defero thura ſacerdos.
Qui puer hic vagis ⁊ regnas magnus olympo:
Sed patrios repeto lætus ſalueto penates.

¶ Tertius dicit.

Iſta ne magnifici penetralia principis ædes?
Cuius nos tenues præceſſit ſtella per auras:
Purpura non fulget. ſed Phœbo clarior infans.
Clarior ⁊ genitrix. ſternamur poplite ſerui:
Salue magna parens. tu matris ⁊ inclyta proles.
Cui vaga perpetuo famulantur ſidera curſu:
Te patrio large donamus munere myrrha.
Qui nos Eois veriſti lumine terris:
Accipe delatum pia mater munus in arca.
Quo poteris nato corpus condire ſepulto.

¶ In feſto Martini ſub collatione. Carmen.

In Martinæo modulemur carmina feſto:
Et chorus hic noſter prorumpat lætus in odas:
Cantica pontifici reſonemus dulcia diuo:
Hic noſtram placido replet nidore culinam.
Torret vbi pinguis iam ſus occiſa colurnis:
Dat volucrum teneros gyrata cuſpide pullos:
Ipſe noui fundit laticis de vaſe liquorem:
Et fumant nitidis iam pinguia fercla catinis:
Noſtra volat ſubito ſine pennis anſer in ora:
Sed gaudent dulci perfuſaqꝫ viſcera baccho:
In Martinæo modulemur carmina feſto.

¶ In detractorem.

Improbe Vultureas laceraſti dentibus odas:
Quæ tibi cauſa mala nuc euome garrule lingua.
Cum poſſis minime verſu nec pandere proſa:
Viſcera ceu prædæ leo rictibus haurit hiulcis:

Torquet vt ora minis ſpumantia ſetiger vrſus:
Fuluus aper frendit ſæuo ceu dente per vmbras.
Cætera diſperdens ruptis animalia fibris:
Sicqꝫ ſuper noſtris expandens ora camœnis.
Poſſes orbiuolam nobis extinguere famam.
Verba dicax praua ructaſti turpia fauce:
Conſueuere diu non docti ſpernere doctos:
Sed tribuunt nobis æternum carmina nomen.
Et viuent vates cum docte peribis aſelle:
Nullius accreſcunt bona carmina laude prophani.
Cum nec ⁊ vllius minuantur fortia probris.
Barbarus es viſus patrios exire penates:
Barbarus ⁊ repetes natalem greſſibus vrbem:
Ceu ſtabis gelido ſerpens dum ſibilat ore
Doctiloquis coram. latio ſermone pererrans:
Iſte quis o ſocy nunquid bonus hiſtrio dicent.
Auſcultate viri cornu reſonabit adunco:
Sicqꝫ rubor tetri variabit corporis ora:
Inſcius ignarus laqueum confuſus adibis:
Non vt ais pingui deduco vocabla culina.
Sed dedit Aonio roſeus de vertice pæan.
Quiqꝫ iubet pendant dulces mihi numina nymphæ
Carmina multa canam fatis comitantibus amplis.
Accipe perpetuo pallentes inuide vultus.

¶ Supra imaginem Orphei Epigramma.

Thracius e gelido vates caput extulit Hebro
Orpheus. elyſiis remeãs huc viuus ab vmbris:
Carmine pierio vocalia ſoluit vt ora.
Stat vaga lympha ſtupẽs refluos dẽſata ꝑ orbes:
Silua gradum carpit: reptantia ſaxa per arua
Dulcia plectrigeri captant modulamina vatis:
Vndiqꝫ deſertis properant animalia luſtris:
Mirantur celeres reſonantia ſtamina cerui:
Et lepores inter auritos. inter ⁊ apros
Spumantes. reſidens verſus miteſcit ad odas:
Atqꝫ vagi ramis auſcultant plectra volucres:

Præter iniqua pio mulcentur carmine cuncta.

¶ In deſtructionem Troiæ Decaſtichon.

MEnſa cibat ſuperos: auri dea tetrica maſſa
Ingruit: hoc ſcribẽs hẽat pulcherrima donũ
Iudicat Idæis paris inter numina ſiluis.
Dignior aurato gaudet Venus inclyta pomo:
Triſtis abit ſocia Pallas Iunone per auras:
Claſſe volans celeri petit hinc Lacedæmona iudex:
Ut redit æquoreas impellens prædifer vndas.
Troia dolos perpeſſa ruit: fert ſemina campus:
Et quondam impranſi ſatiatur numinis ira.
Ducentis modico tremulas de fomite flammas.

¶ Carmen Autumnale Penthadecaſtichon.

CLaudite Pierides ſacratos claudite riuos:
Et noſtro magnum fonti ſuperaddite ſaxum.
Nãq; ſub æſtiua ſat carmina luſimus vmbra:
Sat veſtro fulti diſtentas numine chordas
Mouimus: & criſpo reſonantia pectine fila:
Condere lætiſonum iam triſtia tempora plectrum
Perſuadent: citharæ tenſoſq; remittere neruos:
Claudite pierides ſacratos claudite riuos:
Et pede Corycium celeri properate ſub antrum:
Spernuntur latices: & non iuuat amplius vmbra:
Torrida ceſſit abhinc æſtas. vbi vinifer vuas
Autumnus calcat. grauido de palmite raptas:
Palleſcit campus: priuantur floribus arua:
Et pratis curua reſecantur gramina falce.
Claudite Pierides ſacratos claudite riuos:
Subq; ſpecu vaſto iam dulcia condite plectra:
Nam decus apricis in vallibus occidit omne:
Perſtrepit vnda rapax: caneſcunt arua pruinis:
Et ſpirant gelidi terris noua frigora venti:
Silua cadente coma luceſcit opaca per æſtum:
Læta virore prius iam triſtis palluit arbos:
Claudite pierides ſacratos claudite riuos:
Et nullas penitus manſuræ in ruppibus odas

Promite: lætitiæ ponentes carmina triſtes:
Quæ prius æthereis auium vaga turba ſub auris
Dulce melos cecinit. noſtris reuolauit ab oris:
Ales vbi manſit nullas modo concinit odas.
Sed vaga per ſiluas perqꝫ alta cacumina ſtridet:
Claudite pierides ſacratos. claudite riuos.
Quærentes placidam deſerta per antra quietem:
Tempora ſuccedunt hybernis frigida nimbïs:
Albeſcet folijs mox bruma cadentibus imbre:
Horror erit ſiluis. nullo remanente vigore:
Et cito nectentur glaciali flumina vinclo.
Dum ſterilis niueo frigeſcet campus amictu:
Claudite pierides ſacratos claudite riuos:
Poſtulat hoc tempus procul o procul ite ſorores:
Verſificator ero. logicum iuuat eſſe loquacem:
Inqꝫ animo eſt reliquas condiſcere quas docet artes
Doctus Ariſtoteles: quibus eſt ſine laurus in vmbris:
Laudatur tangit qui naturalia verſus:
Atqꝫ poeta dicar logica ſine ſpernitur arte:
Claudite pierides ſacratos claudite riuos:
Ne ſacer ora liquor logico ſeducat ab ore:
Namqꝫ tenebroſas nox roſcida duplicat vmbras:
Solis flammigeri non igneus æſtuat axis.
Nec premit æthereo declinans limite corpus:
Ad ſtudium pergo mores hauſurus ⁊ artes:
Voſqꝫ nouem ſancta ſub rupe valete ſorores:
Claudite pierides ſacratos claudite riuos.

¶ Ad Auguſtinianam relligionem exhortatio.

GRex ſacer vmbroſis quondā procliuus ī antris:
Pabula cui vaſta dedit Auguſtinus eremo.
Rupe ſub exeſa doctrinæ flumina paſtor
Largiter effundēs: iaꝫ ſtructis mœnia clauſtris
Qui colis. altiuoli ſpargens ſacra ſemina verbi:
Præcipiti venere tibi fœlicia paſſu

Tempoꝛa. diuerſis longos optata per annos
Sub ducibus: multo grege iam ſecurioꝛ Argi.
Tutioꝛ Herculeis aliena bobus in vnda.
Aegidio lætare noua paſtoꝛe pꝛuina:
Optima conſperſis dabit hic tibi paſcua ripis:
Ipſe lupos timido rapidos arcebit ouili:
Coꝛnibus hunc placide tutoꝛem ſuſcipe flexis:
Quoqꝫ iubet paſtoꝛ grex inclyte pergito ſaluus.

Libꝛi ſecundi finis.

Aegloga in qua interlocutoꝛes ſunt Craſſius ⁊ Macrus tertius vero paſtoꝛ qui Liuius eſt tacet.

Craſſius

Cynthius aſtricolam luſtrauit in æthere cancrū:
Iā vaga ſigna pꝛemit canis. Herculeiqꝫ leonis:
Pꝛata caloꝛe ardent: pꝛiuamur viribus æſtu:
Gramina rectiuagæ dū tōdēt Macre capellæ.
Nos ſimul hac feſſi placida ſternamur in vmbꝛa:
Eſt mihi panifera perdulcis fiſtula pera.
Quæ dabit in valles modulos extracta canoꝛos:
Eſt vt ais certe reſonas qua fiſtula dulcis: Macrꝰ
Tota ſonat vallis: reſpondet ſilua canenti:
Circuit herbilego grex paſcua dente quietus.
Nec noſtris cantu declinat mulſus ab auris:
Auribꝰ inqꝫ tuis placet hæc dic fiſtula Macre: Craſſiꝰ
Crede mihi Craſſi placuit. placet. atqꝫ placebit: Macrꝰ
Sunt nemoꝛum ſaltus quibus eſt inuiſa iugoſi. Craſſiꝰ
Non reſonat ſolito nobis cantantibus Echo:
Aut muti ſpernunt emiſſas reddere voces.
Aut quaſi turbata reſonant contraria fauce:
Dic vbi ſunt montes pecudes errare ſub illis Macrꝰ
Conſueuere tui. ſunt aut pꝛocul hinc ſemoti:
Alpibus ab niueis. ⁊ ab auſonijs pꝛocul oꝛis. Craſſiꝰ
Hæc tibi quæ memoꝛo iuga ſunt ſublimia Macre:
Viſus es o Craſſi cur dulcia linquere rura. Macrꝰ

Et fontes gelidos. apricaqꝫ gramine prata.
Per nemus horrendum. per opacas vndiqꝫ ſiluas.
Per ſterileſqꝫ tuas ſcopulos agitare capellas:
Cur patria ſpreta placuit tibi barbara tellus:
Nam ſolet hæc triſtis paſtorum temnere cantus:
Orpheus ſi elyſiis remearet plectriger aruis.
Qui ſilices traxit. ſtabiles qui fecit ⁊ vndas.
Siluas qui mouit. volucres qui allexit ab auris.
Setigeros apros inter blandirier vrſos.
Et ceruos agiles fidibus qui ſtare coegit.
Quiqꝫ ſuis mulſit nigra neruis atria ditis.
Sufficeret nullo deflectere carmine montes
Quos petis. inuiſus quibus eſt tua fiſtula ſtridor:
Vera loquẽs o Macre mihi retro lumina verte: **Craſſiꝰ**
En agit in ſiluis qui paſtor ⁊ ipſe iuuencos
Liuius: ⁊ tenues diffundit carmen in auras:
Curta pedo ſtabili ſuſtentans brachia. bombis
Implet vbi calamos. vacat vna ſub inguine plãta:
Hic præbere ſolet nobis modulantibus aures.
Et ſtipula recinente modos alludere cantu:
Sed proprias animo ſolitus librare camœnas.
Quod caninius credit noſtrũ ſine pondere carmẽ:
Et mea quod cecinit meditetur fiſtula ſuadet.
Sed noſter penitus vileſcit in aere cantus:
Deſperit nullus ſua paſtoralia paſtor: **Macrus**
Atqꝫ ſuis tantum placuerunt auribus odæ
Pan male quas cecinit: Tmolo ſub iudice: Phœbo:
Sed quia iam procul eſt a noſtris Liuius aruis.
Cum grege ſiluaꝝ ſtridens per deuia culmis.
Tu renouare modos non dedignare ſub vmbra.
Quos prius edebas o dulcis arundine Craſſi:
Quis daret hæc vicio tua qui niſi carmina ſtultus.
Aut ignarus. habens aut pallida liuidus ora:
Dic mihi conſimiles poſſem condiſcere cantus:
Inqꝫ greges circa modulos effundere pratis:
Quã mihi præceptor cãtãdi nõ dedit. illã **Craſſius**

Et tu ſi cordi eſt complecteris illicet artem:
Tu diſciplinis es & aptus Macre camœnis:
Quas ega barbarica placidis tellure relicta
Vultibus inueni: nymphas oſtendo benignas:
Fontibus Aonijs ſacros haurire liquores
Niteris. & ſancti parnaſi culmina montis
Alta ſubire paras. grege præcedente ſequeris:
Continuo pergens mala non dabis ocia cruris.
Dumq; iacens vmbra grex coctas ruminat herbas.
Ipſe pedo ſuffultus iter ſignabis adeptum:
Prata vagabundus per mollia. per quoq; ſiluas
Non curres: hauſtum potius meditabere carmen:
Omne caret viridi quod mobile ceſpite ſaxum.
Sed ſtabilis multo fulcitur gramine rupes:
Feceris hæc ſi Macre tibi ſua numina nymphæ
Pendent. atq; ſacris tua tingent ora ſub vndis:
Et dabit Aonio roſeus de vertice Phœbus.
Qua poteris viridem circūdare tēpora laurū:
Dulcia frondiferis reſonabis carmina ſiluis:
Inq; tui pratis errabunt dulciter agni:
Hæc mihi ſūt cordi rogo mecū pergito Craſſi: Macr'
Cras vbi phœbæis dederit ſua fræna quadrigis
Aurora. & noctis rutilans dimouerit vmbras:
Huc remeare licet: me tunc duce cuncta fauebunt:
Iam quia purpureos ſol vaſtū tinxit in æquor
Currus: diuiſim ſaturi properemus ab aruis.

Finis.

¶ Ad lectorem.

Ronchos explicitis adeſſe muſis.
Poſticas dubito nec ipſe ſannas:
Compar Meonio quis eſt Homero?
Dormitat vigiles habens ocellos:
Vultum nec tetricum dabis. nec ora
Contorquens capitis mouebis arcem:
Sed noſtras pie lector inter odas
Percurrendum. animo fauebis æquo.

¶ Fratris Pancratij Vulturini Sleſitæ Eremitani de monte Ceruino Opuſculum Muſicẽs.

Placuit etiã lectoꝛ amantiſſime. his noſtris annectere carmini-
bus. non minus vtile ꝙ breue.
ſuper diuini boecij muſicã opu
ſculũ: quã nõ coꝛrodens. nõ in-
fringens. cũ omni ⁊ lepiditate ⁊
veritate floꝛeat. veꝝ clarioꝛẽ ali
quãtulum ſtudioſis tyrunculis
reddere dignũ duxi: traditurus
quandã numeroꝝ tabulaꝫ. qua
diligenter inſpecta. ac bene intellecta. totius ferme muſi-
ces ad oculũ liquebit diſciplina: Sed quia me breuẽ polli-
ceoꝛ ceptum iter veloci pꝛoſequoꝛ planta.

¶ Capitulum pꝛimum.

Noſti enim mi lectoꝛ ex ipſius lectione Boecij.
diffuſius atqꝫ ſubtilius de hoc diſputãtis. quæ
pꝛopoꝛtiones muſicis aptantur cõſonantijs. ꝙ
videlicet ſeſquioctaua pꝛopoꝛtio tonũ. licet non
cõſonantiã. Seſquitertia diateſſaron. Seſquialtera diapẽ
te. dupla diapaſon. tripla diapaſon ac diapente. quadru-
pla vero biſdiapaſon conſonantias rite cõſtituant: Noſti ⁊
ipſum tonũ in æquas nõ poſſe frangi partes. ſed in duo ſe
mitonia minoꝛa. atqꝫ comma diuiſibilẽ: ⁊ duo eſſe ſemito
nia. maius qḋ ⁊ apotome a græcis. minus qḋ ⁊ dieſis a phi
lolao pytagoꝛico nuncupatur: Nec te latet (.ni falloꝛ.) ⁊
diateſſaron conſonantiã duobus tonis. diapente vero tri-
bus. vtriqꝫ ſemitonio ſuperaddito minoꝛi cõſiſtere: Sed ⁊
diapaſon cõſonantiam quinqꝫ tonis. duobuſqꝫ ſemitoniis
minoꝛibus. nec tonũ perficiẽtibus expleri. ipſumqꝫ ſex to-
nos commate excedere te ſcire arbitroꝛ: His itaqꝫ prælj-
batis atqꝫ perceptis. facillimũ hæc noſtra reperiet tabula
intellectum. quã breuiter quidẽ vt paulo ante pollicitus
ſum expediam declarando.

## Capitulum ſecundum.

HAbes certe i hac tabula lector amice. oēs quarum ſuperius memini & proportiones & cōſonātias. per multas deductiones continue productas: Et vt clarius intelligas: Voco hic deductiones. numeros illos ſiue notas de vna littera ad aliā ſibi ſimilē. ideſt ad diapaſon: Verbi gratia: prima deductio. ſub qua non eſt reperire aliam. eſt a numero. 192. vſq3 ad numerum. 384. ideſt ab. f. littera vſq3 ad. f. litterā ſibi ſimilē: vbi numerus in duplo maior eſt illi qui eſt in. f. inferiori. eſt igitur diapaſon: Simile iudiciū eſt & de alijs: Nā de ſecūdo. f. ad tertiū eſt deductio ſecūda. de tertio ad quartum tertia. de quarto ad qntū quarta. &c. Nec tantū ab. f. ad. f. ſed a quacūq3 alia. dupla ſemper eſt ad ſibi ſimilē proportio litterā. puta de. g. ad. g. de. a. ad. a. &c. Eſt enim hic ſicut cantores dicunt eccleſiaſtici. ab ffaut ad ffaut eſt octaua. &c. Nā litteræ quas & hic inſeruimus. nō aliter ꝙ ipi volunt ſignificāt. vt. f. ffaut. g. gſolreut. a. alamire eodē quo apud eos ſolitæ ſunt repreſentent pacto.

## Capitulū tertiū.

DIligentius tamē aduertēdū cenſeo. qr. b. fa: im portans. in ſuperiori ordine poſita. ſemitonium vel minus vel maius demonſtrat: Ab. a. nāq3 ad. b. minus. a. b. vero ad ♮ maius haberi ſemitoniū. niſi muſices expers ignorat nemo: Et quia illud. b. molle ad tritonū tēperādū inuentū. nō eſt de cōputo ſeptē litterarum manualium. ſed bene ♮ quadrū. hinc ſeorſum vt ab alijs ſepararetur litteris. ♮. vero quadrum in loco ſuo ſcribere placuit: Etiā in inſtrumētis ipſis muſicalibus. puta in organis. clauicordis. &c. b. ipſum molle locū optinet ſublimiorē: Sed &. b. (. hic aput nos littera. )ſuperius poſita. quid niſi ſemitoniū quoq3 fictū. qd coniunctā nōnulli volunt appellari. repreſentat: Eſt enim cōiuncta (. vt aſſerunt. )quādo ea que nō eſt in loco vtimur voce: vt puta. ſi. fa. vbi mi. eſt canimus & ecōuerſo. quod ſimiliter in inſtrumentis reperiri manifeſtū eſt: Verum. nec ſolū. b. ſed. &. b. dū in proprio loco ideſt iter. a. &. c. vel. ♮. nō reperitur ſemi-

toniū ipſum fictū oſtendit.ſed ab vna parte minus.ab alia vero maius.qđ ⁊ dc.b.intelligi volumus.

### Capitulum quartum.

Amplius.vna deductio perfectior eſt alia.cum hæc aliquibus in notis deficiat.iſta vero oīs habeat.illa deniqȝ plures ꝯplectatur.Nā primā cū ♮ quadro.et.e.nota careat imperfectā quis nō dicet:Secūda vero ⁊ tertia deductiones ⁊ ſi.♮.careāt .e.tamē habere dinoſcūtur perfectiores merito iudicant̄:Quartā deniqȝ vna cū reliquis quia omnes habet litteras perfectiſſimā appellare libet.

### Capitulum quintū.

Sed cur prima ipſa deductio.e.notā nō habeat.ſcire forſan velis:En ratio ipſa præ foribus ē:Quæ tamē anteꝗ̄ eluceſcat.hoc vnū præmittēdū elegi:Ad aliquā deductionē producēdā requirunt̄ i primis duo toni.ideſt duæ ſeſquioctauæ proportiōes cōtinuæ.quibus habitis.cōſpiciendū eſt.ſi primus ipſe numerus tertiā habeat partē.quæ ſi fuerit.eidē eſt numero addēda.vt ſeſquitertia reſultet ꝓportio.⁊ prædictis numeris aſſociata diateſſaron cōſtituat ſymphoniā:Hinc medietas ipſius primi numeri extrahēda eſt.⁊ ſibiipſi accumulanda numero.vt ſeſquialtera proportio diapente cōſonantiā ad cū ꝓdat cōparata:Demū ⁊ ſecundi extrahēda eſt numeri medietas.operandūqȝ.vt ſeſquialtera ad cū cōſurgat ꝓportio:poſt hoc tertij numeri ſi fuerit medietas.⁊ ſic deſingulis:Si vero primus ille numerus a quo deductio eſt ꝓducēda tertiā partē nō habuerit.oēs illi numeri per ternariū ſunt multiplicandi.⁊ ſic tertia eis pars cōſurgit.⁊ in eadē qua fuerāt ante remanēt ꝓportione.ideſt ſeſquioctaua:Quia ſi vnus numerus.vt inqͥt Boecius.alios quoſlibet numeros multiplicat.q ex ea multiplicatiōe naſcunt̄ in eadē erūt ꝓportione.qua fuerāt hi numeri quos prior numerus multiplicauit:Numeris tandē illis ſic per ternariū multiplicatis.vt ſupra docuimus.ſine aliqua dubitatione faciendū eſt.

## Capitulum ſextum.

AD propoſitū aūt noſtrū: Deductio ipſa prima cū ita ſit prima vt ſub ea nulla reperiat̃ alia. vt præmiſſum eſt. neceſſario ab illis dī numeris producta. qui duas ſeſquioctauas proportiões primi cõiungunt. Quærant̃ ergo illi numeri qui in eiſdē ꝓportionibus cõſtituēdis ſunt primi. Et ecce. 64. 72. 81. occurrunt numeri. 64. enim ſecundus eſt octuplus. cuius octaua pars octo. eidē numero addita. 72. numeꝝ prodit. Iſtius aūt pars octaua. que. 9. eſt. ſimiliter eidē addita in. 81. numeꝝ creſcit: Sed qa nullus coꝝ tertiā partē habere concernitur. per ternariū igit̃ multiplicentur ⁊ mox. 192. 216. ⁊. 243. numeri quibus deductio ipſa prima ſortitur iniciū reſultāt: Addat̃ ergo pars tertia ſcꝫ. 64. ſibiipſi numero. 192. ⁊. 256. quartus progredit̃ numerus. ꝗ ad ipm. 192. diateſſaron indubitanter cuſtodit: Extrahat̃ ⁊ eius medietas que eſt. 96. eidēqꝫ addat̃. mox ꝗntus numerus. 288. in diapente proſilit habitudine: Accipiat̃ ⁊ numeri ſecūdi medietas. que eſt. 108. eidēqꝫ addat̃. videbis numerū. 324. qui in ſexto loco. ipſi numero ſecundo in diapente cõſonātia perfectiſſime correſpõdebit: Deberemus ⁊ nūc tertij numeri ꝗ eſt. 243. excipere medietatē. ⁊ eidē ſicut de alijs actū eſt addere. vt numerus inde proueniēs diapēte ad eū reſonaret ſymphoniam. Sed cū numerus ſit impar medietatē nõ habet. hinc eſt ꝙ in hac prima deductiõe nõ eſt numerus qui. e. litterā occuparet. cū tertius ipſe numerus in habitudine ſeſquialtera nulli comparari poſſit.

## Capitulum ſeptimum.

SCiendū eſt hic ꝙ ⁊ in hac ⁊ in omni deductione ſpaciū illud quo diateſſaron cõſonātia duos tonos trāſcēdit dicit̃ ſemitoniū minus. qđ Philolaus dieſim appellare voluit: Hinc eſt ꝙ ⁊ ipſius dieſeos iniciū. in hac prima deductione ſignauimus. Ubi aūt ſcriptū eſt duoꝝ. triū. vel quatuor. ⁊c. Tonoꝝ ſeries. itellige ꝙ ab eo loco tot poſſis reperire tonos cõtinuos ſine alicuius ſemito

nij interuentione. Nã vbi aliquis eſt octuplus ibi ꝛ tonoꝝ ſcribitur ſeries. cũ quilibet octuplus tot poſſit præcedere ſeſquioctauas ꝓportiones. quotus ipſe eſt octuplus. Hinc eſt ꝙ ſub prima deductione duoꝝ tonoꝝ ſeries legit̃. qꝛ ex ſecundo (vt demonſtrauimus) octuplo eſt deducta: Et qa. 512. numerus tertius ẽ octuplus. ꝛ tres ſeſquioctauas habitudines precedit. triũ ſub eo tonoꝝ ſeriẽ locare libuit. Similiter ſub quarto octuplo quatuor. ſub quinto quinqꝫ tonoꝝ ſeriẽ. ꝛ ſic de reliquis.

¶Capitulũ octauum.

SEd quæreres quare nec prima nec ſecunda nec tertia deductiones. b. habẽt rotundũ: Reſpondeo. qꝛ numeri q ſunt ſub littera. a. nõ habent partes octauas: Sed qa quarta deductio in octuplo maior eſt prima. ita ꝙ numerus ſub. a. littera habet partẽ octauã. ꝛ alius poterit ad eũ in ſeſquioctaua proportione numerus locari: Hinc eſt ꝙ in ea deductione primũ eſt b rotundũ. vbi ꝛ Apotonies ſcriptũ reperies iniciũ: Eſt eniꝫ apotome vt prædiximus ſemitoniũ maius. quod dieſim idest ſemitoniũ minus ſuperat commate. Sicut ergo dieſis tonũ nõ põt cõplere duplicata. cũ deficiat ipſum comma. quo ab apotome dieſis vna ſuperat̃: ſic ꝛ apotome tonũ ſi duplicatur trãſcẽdit: Quia cũ nõ ſint partes æquales. vna dũ duplicatur integritatẽ ipſius toni non attingit. qa minor. alia vero ſuperuadit. qꝛ maior. Quid aũt ſit comma poſterius liquebit. Sed ꝙ ſecunda deductio ꝛ nõ prima. c. litterã habet. hoc eſt. qꝛ in duplo maior eſt ipſa ſecunda. prima: ita ꝙ tertius numerus qui in prima erat impar. vt cũ eo ſeſquialtera minime poſſet coire proportio. in ſecunda par ẽ. ꝛ cũ alio numero in diapente concordare poteſt.

¶Capitulum nonum.

HJc aũt diligentius intuendũ eſt. qa numeri in tabula cõtinuatim p rocedentes ſemper ſuis in locis augmentant̃. ita ꝙ in ſexta deductione ſemitonij ficti reperiat̃ iniciũ. cũ ſub. e. numerus in qnta deductione octauã habẽs partẽ. ad aliũ poſſit nu-

merꝫ i ſeſquioctaua proportione referri: Et ſic quãdocũqꝫ inter aliquas duas litteras cõtinuas nouũ qui ante nõ occurrebat numerꝫ cõſpexeris. ſcias litterã illã ante. cui in tono cõparat᷑ primã eſſe. que ſui generis partẽ hꝫ octauam: Sed fortaſſis cur nõ. a. g. vel a. c. vel ab aliqua alia primã deductionẽ inceperim littera ſcire velis. Reſpondeo: Ab. a. b. d. e. vel. g. litteris incipere non debui. cũ aliquæ ad duas ſeſquioctauas habitudines producẽdas ſine ſemitonij iteruẽtione nõ ſint aptæ: Uel aliquæ forſan nõ habuiſſent partes octauas: Muſici etiã eccleſiaſtici ab vt potius ꝙ ab aliqua alia incipiunt conſtituere voces: Sed nec. a. c. ſed ab. f. littera incipiendũ erat ne inter. f. ⁊. g. ſed potius inter. b. ⁊. c. apotomes caderet inicium.

## Capitulum decimum.

Amplius probatur ⁊ diapaſon cõſonantiã qnqꝫ ꝯſiſtere tonis duabuſqꝫ dieſibus tonũ minime cõplentibus: A qnto eniꝫ octuplo q eſt. 32768. numerus. vſqꝫ ad. 59049. q eſt ſub. h. numerum qnqꝫ ſunt toni: ⁊ ab eo numero qui ſub. h. eſt vſqꝫ ad. 65536. qui ſub. b. eſt numerꝫ duplicis ẽ dieſeos iteruallũ. nec tonũ cõplens: Sed numerus qui eſt ſub. b. eſt. 32768. numeri duplex: ex quinqꝫ ergo tonis duabuſqꝫ dieſibus diapaſon ipſum conſtitui manifeſtũ eſt: Nec non ſex tonos ipſum diapaſon commate ſuperare probat᷑: A ſexto enim octuplo qui eſt. 262144. numerus. vſqꝫ ad. 531441. numerꝫ. ſex toni manifeſte apparẽt: Sed. 531441. numerus. non eſt. 262144. numeri duplus. ſed. 524288. numerus eius eſſe duplex perpenditur. Spacium igitur illud quod inter. 524288. ⁊. 531441. eſt numeros. diapaſon trãſcendere conſonantiã liquet. quod Boecio comma dicere placuit: ⁊ per conſequens ſex toni diapaſon commate ſuperuadunt: Et hæc ſunt quæ de hac noſtra tabula dicere propoſuimus: quæ ſi lector bene perceperis. ipſam facilius intelligas reſtat. Sequitur ergo tabula.

# Incipit Tabula.

Dieſeos.b.inicium .b.

.f. .g. .a. .256. .c. .d. .f. .g. .a. .512. .c. .d. .e.

.192. 216. 243. 288. 324. 384. 432. 486. 576. 648. 729.

Duorum tonorum ſeries Trium tonorum

b b

.f. .g. .a. .1024. .c. .d. .e. .f. .g. .a. .2048.

.768. 864. 972. 1152. 1296. 1458. 1536. 1728. 1944.

ſeries inicium

b

.♮. .c. .d. .e. .f. .g. .a. 4096. .♮. .c.

.2187. 2304. 2592. 2916. 3072. 3456. 3888. 4374. .4608.

apotomes Quatuor tonorum

.b. .b.

.d. .e. .f. .6561. .g. .a. .8192. .♮. .c. .d.

.5184. 5832. 6144. .6912. 7776. 8748. 9216. 10368

ſeries Semitonij ficti inicium

.b. .b. .b.

.e. .f. .13122. .g. .a. .16384. .♮. .c. .19683.

.11664. 12288. .13824. .15552. .17496. .18432.

.b. .b.

.d. .e. .f. .26244. .g. .a. .32768. .♮. c.

.20736. 23328. 24576. .27648. 31104. .34992. .36864.

Quinqꝫ tonorum ſeries

.b. .b. .b. .b.

.39366. .d. .e. .f. .52488. .g. .59049. .a. 65536.

.41472. .46656. .49152. .55296. .62208.

Diapaſon ex quinqꝫ tonis duabuſqꝫ dieſibus

.b. .b. .b.

.♮. .c. .78732. .d. .e. .f. .104976. .g. .118098.

.69984. .73728. .82944. 93312. .98304. .110592.

.b. .b. .b.

.a. .131072. .♮. .c. 157464. .d. .177147. .e.

.124416. .139968. .147456. .165888. .186624.

.b. .b. .b.

.f. .209952. .g. .236196. .a. .262144. .♮. .c.

.196608. .221184. .248832. .279936. .294912.

Sex tonorum ſeries.

.b. .b. .b. .b.

314928. .d. .354294. .e. .f. .419904. .g. .472392.

.331776. .373248. .393216. .442368.

.b. .b.

.a. .524288. .531441. .♮. .c .d. .e. .f. .g. ⁊c.

.497664. .559872.

duplex. .Comma. proceſſus numeroꝝ in infinitū

NEc ea ſaltē quæ prædiximus in hac inſpiciunt tabula. veꝝ ⁊ ipſius citharæ ſi diligēs lector ingeniū exercuerit inueniet neruos: Alia quoq; multa. de qbus i presentiaꝝ breuitatis ſuperſedeo cauſa: Hoc tamē vnū adiungendū placet: poterit ſane quēadmodū ego ſolitus ſum. ⁊ quilibet alius muſices cultor diſciplinæ. omnē quem voluerit per ipſas deductiones ſibi conſtituere cantum: Quod quidē ⁊ raꝝ ⁊ artificioſiſſimū (. vt ita dicā.) nōmodo aput ſimplices. veꝝ etiā aput peritos videt eſſe viros: Cuius qdē rei ſubnectit exēplū.



¶Hunc ſi placet cantum per primam deductionem tali formabis pacto.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| .f. | .a. | .c. | .d. | .b. | .g. | .f. |
| .192. | 243. | 288. | 324. | 256. | 216. | 192. |

¶Sed ⁊ de hoc ſatis: Concludere libet.

Hexaſtichon.

Si bene cantor amas rationem noſcere vocum.
Hæc opere eſt precium ſint elementa tibi.
Compleuit libris hanc quinqꝫ Boecius artem.
Quam numeris totam pagina curta docet.
Cernitur hic citharæ quæuis proportio neruis:
Aſt obſcura prius muſica clara nitet.

Finis.

¶Impreſſum Venetijs per Bernardinum Venetum de Vitalibus.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

B
Con
Da
Fid
J
Min
Panc
Carn

21